





1776, 1  
IVSTI CHRISTIANI LUDOVICI  
DE SCHELLWITZ D. 682

PROFESSORIS INSTITUTIONVM ORDINARII IN ACADEMIA IENENSI  
CVRIAEC PROVINCIALIS SAXONICAE COMMUNIS AC SCAENO-  
RVM COLLEGII ADSESSORIS 8

COMMENTATIO IVRIS PUBLICI GERMANICI

D E

EXACTIONE PECVNIAE

P R O

VIIS PUBLICIS PONTIBVSQVE  
SOLVENDAE

VVLGO

WEGE - VND BRÜCKEN - GELD



---

FRANCOFVRTHI ET LIPSIÆ

A. CIOCCCLXXVII.

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF MUNICH

OF SOUTHERN GERMANY

COLLECTION OF THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF MUNICH  
OF THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF MUNICH

EXCESSION FEE PAID  
AS PAYABLE ON THE DAY  
OF APRIL 1866  
MARCH 28, 1866

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF MUNICH



## PRO O E M I V M.

**A**cta publica testantur, quod status imperii sae-  
pius non solum cum ordinibus suis prouin-  
cialibus aliisue eorum imperio obnoxii, sed  
etiam cum diuersis ipsis non subiectis personis de pe-  
cunia pro viarum publicarum pontiumque vsu sol-  
uenda disceptauerint, et hae controuersiae tandem,  
si transactio perfici non potuit, ad summa impe-  
rii tribunalia delatae fuerint. Quocirca operae pre-  
tium erit, de hoc argumento quaedam differere,  
praesertim cum hoc vsque vnicus tantum seorsum  
illud tractauerit, <sup>a)</sup> et, qui de iure victigalium, <sup>b)</sup>  
viarum publicarum <sup>c)</sup> et pontium <sup>d)</sup> scripserunt  
praestantissimi viri, tantummodo obiter rem li-  
barint et caput rei non attigerint, ac scriptores  
systematici, si a perill. MOSERO <sup>e)</sup> discesseris,  
nihil fere aut admodum paullulum de hoc argu-

A  
mento



mento protulerint. Quia omnes quaestiones de hacce exactione vel istius institutionem vel effectum concernunt; opusculum in tria capita diuidendum esse putavi. In primo generalia praemittere, in secundo de huius praestationis introductione agere et in tertio illius effectus expondere decreui.

- a) Fecit hoc CAROLVS THEOPHILVS ROMANVS in diss. de pedagio Lipsiae 1683 habits, quam nunquam vidi.
- b) Scriptores de iure vestigialium enumerati sunt in MART. LIPENIS biblioth. reali iurid. Tom. I. sub voc. collectae pag. 262; in f. sq. et in suppl. ac emendat. a Vir. Exc. FRID. AVG. SCHOTT editis sub dict. voc. Add. Perill. MOSE R. tract. von der Landeshoheit in Steuer-Sachsen etc. cap. 15. §. 1. pag. 723. sq.
- c) Autores de iure virorum publicarum recensuerunt MART. LIPEN. loc. all. Tom. II. sub vocib. via publ. et via regia pag. 445. V. C. SCHOTT loc. all. sub voc. via publ. pag. 489. et Perill. MOSE R. tract. von der Landeshoheit in Ansehung Erde und Wassers cap. 3. §. 1. pag. 8. sq.
- d) Scriptores de iure pontium nominauerunt MARY. LIPEN. loc. all. Tom. II. sub voc. pons. pag. 171. et Exc. SCHOTT. loc. all pag. 385.
- e) Venerabilis nemp hic senex, quem supremum numen quinam distillime prospera valetudine et perpetua felicitate vii iubeat, in novo systemate juris publici hand ita pridem feliciter absoluto de hoc argimento, quantum illi breuitas, cui seruire debuit, permisit, pro more suo, hoc est, egregie egit. Spectat hue praecipue status not. b 3 adlegatus.

CA-



## CAPVT I.

### §. I.

 Cum rerum mortalium nihil sit maius, nihil fructuosius, nihil inquam ad communem omnium gentium terrarumque salutem publicam accommodatius quam commercia, et haec tunc praecipue florent, si iis, qui merces vltro citroque conuehant, libera commeandi comprehendique facultas conceditur, ac quoquis modo et in primis per praestationem commodi viarum publicarum pontiumque usus promouetur; Principes, quibus salus publica curae corde fuit, ad commercia in maius et melius prouchendum prouiderunt, vt viae publicae ac pontes exstruerentur ac reficerentur. At quoniam hoc immensos sumtus postulat, de diuersis modis eos acquirendi sapienter cogitarunt. Quod praeferunt in Germania fuit obseruatum. Tantum enim abest, vt impensa ad struendum et reficiendum vias ac pontes in tota Germania uno modo colligantur et exigantur, vt potius in singulis eius prouinciis diuersis eatur viis, et queuis fere prouincia peculiarem has faciendi impensas habeat rationem, ita vt in una hac, in altera alia procedatur via dictae exactio. Etenim in nonnullis territoriis <sup>1)</sup> subiecti vias publicas exstruere ac reficere ten-

A 2

nen-

nentur. Aliis 2) in prouinciis hunc in finem certam pecuniam conferunt. Denique 3) quibusdam in terris aut locis viarum publicarum exstructio et reparatio publicis frit sumtibus, et in eorum compensationem ab iis, qui his commodis utuntur viis, aliquid exigitur. Plura de triplici hac vias publicas struendi reficiendi ratione generatim dicere nec audeo nec valeo, tantum dico, respectu variarum controveneriarum, quae super quoquis horum trium modorum et aliis rebus, quae circumstant, ori ri possunt, in omnibus prouinciis, in quibus hic vel ille modus in vnu est, non vnam eamdemque obseruari rationem, et in omnibus fere locis per leges, pacta et consuetudines introductas formas valde esse diuerfas. Quod ne sine ratione afferere videar, paucas tantum questiones, quae iis in terris, vbi subditi vias publicas exstruere et reparare obstricti sunt, moueri solent, in medium afferam et quomodo ibidem definitae sunt, breuiter exponam. Quae ritur nempe in eiusmodi prouinciis, vtrum subiecti non modo operas gratis praestare, sed etiam sumtus suggerere obligati sint, an hi ex publico aeratio hauriendi? In quibusdam regionibus prius, a) in aliis posterius obtinet. b) Porro in istiusmodi territoriis quaestio emergit, an territorii Dominus intuitu suorum bonorum partern huius oneris ferre debeat, nec ne? In quibusdam prouinciis concurredit, c) in aliis autem ab hoc onere immunis esse videtur. De vnu horum modorum adhuc notandum est, secundum et tertium iis etiam in regionibus, vbi subditi vias publicas exstruere ac conferuare tenentur, saepius in subdium adhiberi, si nempe grauis causa a regula recedere iubet. d) Ceterum ea, quae de viarum publicarum exstructione et reparacione protuli, etiam de pontibus va lent.

a)

- a) In terris elect. Brunsvico-Luneburgicis hoc disertis verbis dispositum est in der Wege - Ordin. de a. 1738, cuius verba adduxit D A V. GEORG. STRVBE. recht. Bed. Tom. IV. Bed. 19. pag. 45.
- b) De episcopatu Hildesheimi I D E M obs. iur. et bistor. obs. 3. §. 19. pag. 146. edit. sec. scribit: reparatio viarum publicarum — sumtibus publicis, et tributorum oneri obnoxii iumentis praefant operas, arque pecunia isti operi impendenda ex cassa contributionis sumuntur.
- c) In Ducatu Württembergico Dux intuitu suorum bonorum concurrit, eeu ex grauzminibus statuum provincialium et transactione a Duce a. 1770 cum ordinibus suis prou. inita class 4. §. 23. satis aparet. Acta hacten lgi possunt apud perill. M O S E R. tract. von der Landesh. in Anschl. Erde und Wässers etc. cap. 3.. §. 26. pag. 24 sq.
- d) Breuitatis causa duo tantum exempla afferam. In Ducatu Württembergico Carolus Dux cum consensu ordinum provincialium a regula in nota praeceps. satis perspicue indicata recessit et per aliquot annos tributum, quod quotannis summam 22500 florenorum faciebat, indixit, ut in viis regiis aggeres gallice chaussées exstruerentur. Perill. M O S E R. loc. all. et tr. von der Landesh. in Steuer-Sachen etc. cap. 5. §. 82. pag. 585. Quod in terris elect. Brunsvico- Luneb. hodie in usu est, quod nempe in regula illa communitas, intra cuius confinium via deserta et inculta sita est, operas gratis praefastare nec von pecuniam necessariam conseruo teneatur, iam quidem ante legem in not. a) adlegatam in tocum sine ad minimum pro parte obtinuit, at interdum pro re nata Domini territoriales in compensationem sumtuum in extirptionem et refectionem viarum publicarum a transiuntibus et transiuentibus aliquid exigere concesserunt. Patet hoc ex edito die 29 Sept. 1691. emissio, quod in den. Chur-Braunschweig- Lüneb. Landes- Ordin. und Gesetzen Part. IV. Cap. VI. Sect. VII. n. 160. pag. 430. sq. extat, et in quo Ernestus Augustus

A 3

Episcop

Episcop. Ostembr. et Dux B. L. commemorat, viam in ciuitate Haderspringe et circa illam adeo desertam et corruptam esse, ut sumtuosumque facultates superarent, ideoque se permittere vel poscere,

## §. II.

Quod ab iis, qui viis publicis seu pontibus illas continentibus vtuntur, in compensationem sumtum in constructionem ac refectionem horum operum publicorum impensorum confertur, pecunia pro viis publicis solvenda, germanice *Wegegeld* et pecunia pro pontibus numeranda vulgo *Brückengeld* dicitur.

*Sebotion.*

Via publica mihi est ea, cuius proprietas spectat ad rem publicam. Diuersa viarum publicarum genera bene exposita STRVBE loc. all.

## §. III.

Habet haec exactio plura nomina, de quibus, antequam vterius progredior, breuiter agam. In antiquis diplomatis et scriptis nostrum tributum saepius *pedagium* vocatur, quae vox, prout recte annotavit de LVDO LF, a) barbara est. Descendit illa a vocabulo gallico: *peage*: et hoc iterum a verbo gallico satis noto: *paier* soluere: deriuatur. b) Multi quidem putant, quod pedagium illam modo pecuniam, quae a pedite et equite pro vsu viae soluitur, significet, et id, quod pro rhedis curribusque penditur, *vectorium* dicatur; c) at ista opinio mihi fundamento destituta esse videtur. Statuum veteres diplomatum auctores et scriptores hanc vocem

7

tem promisse mox de stipendio a pedite et equite dando, mox de praefatione pro rhedis et curribus adhibuisse, prout vnicuique placuit, aut in regione, vbi vixit, moris fuit. Quamuis enim vocabulum nostrum in antiquis nonnullis diplomatibus ac scriptis illam tantum pensionem, quae a pedite et equite pro vsu viae publicae exsoluitur, denotet; tamen non desunt alia eiusmodi diplomata et scripta, in quibus ista vox pecuniam pro rhedis curribusque pendendam significat. d) Quae de veteris temporibus paullo ante asserui, sine dubio etiam de recentioribus temporibus valent, quia nunquam nec per legem nec per vniuersalem loquendi usum definitum est, vocabulum nostrum tunc modo adhibendum esse, si de pecunia a pedite et equite pro viae publicae vsu solienda sermo est. Praeterea apud veteres adhuc aliae voces quales sunt: *paagium, pedagicum, pedatia, pedaticum, pediatricum, pediale, pedida, pedidum, pessgium, pestaticum, pessaticum, pidiagium*: in vsu fuerunt, e) quibus, si hae non sufficerent, plures addi possent. In diplomatibus germanica lingua conscriptis praeter vocabulum in antec. Spho adlatum f) occurunt voces: *Wegepfennig, g) Wegezoll, h) Pflaſterzoll, i) et Pflaſtergeld, k) Pontaticum veteres dixerunt quoque *pontagium, pontaicum, pontanagium, pontenagium, pontenarium, pontinegium, pontonagium, pontonaticum et pontonianicum.* l)*

a) Supplm. obseruat. for. obs. 340. pag. 249.

b) CAROL. DV FRESNE glossar. ad scriptor. mediae et infimae latinitatis Tom. V. sub voc. *pedagium* col. 322. edit. de a. 1733.

c) GABR. SCHWEDE R, introd. in ius publ. Part. Spec. Sect. 8, cap. 20. pag. 421.

d) DV FRESNE loc. all.



e) IDEM loc. all. et sub seq. voc.

f) IO. CHRISTOPH. de DREYHAVFT in der ausführl. dipl. hist. Beschreibung des Saal Creyser Tom. II. sub num. 479. pag. 437 fq. editit literas Friderici Archiep. Madgeburgensis die 14 Sept. a. 1461. ad iudicium Westphalicum ( das Westphälische Freygericht zu Arnsberg ) exaratas, in quibus afferit, item, quia electores Sax. et Brand. ciuitati Hallensi earum isto iudicio intendebant, a se tanquam Domino territoriali cognoscendam et deciden- dam esse. In his litteris Archiep. pag. 437 scribit: Vnd alsdann de vorgescreuen, unsrer leuen getruwen von Halle biecler sin Tbo dem Ersten, Vmme eynen nyen toll, also ses Penninge vp einem Weg n sollen gesat syn; darup segge my, dat dat neyn toll ye, dann de vorgescreuen von Halle nemen von den Wagen eynen ab- den Großen to WEGE GELDE, den Weg mede stande to hal- den vnd to besseren; etc. In sequentibus de valore talis grossi loquitur Archiep. et postea pergit ita: das Wegegelt dan, die unsre von Halle mit unsen und unsres Capitells willen vnd fulbors genommen heben vnd nemen. HALTAVS glossar. germ. mediæ aevi Tom. II. sub voc. Weg-gelt col. 2047. ex dipl. Dieterici Com. de Marca de priuilegiis et iuribus Swertzianis da. 1397. sequentia adducit: Ouck soe sulen sie baren WEGH GELT as si van aldes heb gedien, as van dem Wagene enen Pennyng vnd van der Carren enen Hellingh- re behoiff oir Wege vnd den Brüegen toe macken etc.

g) vid. v. c. documentum a. 1412 consuetum, quod IO. CHRIS- STOPH. de DREYHAVFT loc. all. Tom. I. sub num. 151. pag. 670. exhibet ac ita se habet, Ich Herman von Czymmern unde Tile Schenzke, wir bekennen ——, das wir den erfamen Raimannen unde Meistern der Junungen unde Gemeynheit zu Hal- le recht vnd redelichen vorkauft habin unsre WEGEPHEN- NYNGE in sente Vlrichs thore zu Halle etc. Eadem vox oc- currit in alia charta, quae die 5 Sept. a. 1478 conscripta est, cum

Er-

9

Ernestus Archiepiscopus Magd. cum civitate Hallensi super quibusdam momentis transactionem iniisset et Hallenses eum in casum, si capi-  
tulum cathedralis istam transactionem approbare, Archiepiscopo certa  
documenta obligatoria reddere promiscent, in quibus pedagii,  
de quo tunc temporis cum Domino suo non simul disceptabant,  
mentio facta erat. In charta ista, quae apud E V M D. loc. all.  
sub num. 77. pag. 171 sq. extat, pag. 173. haec leguntur: doch  
dass die von Halle den WEGPFENNIG, dieweile sie Wege und  
Stiege balten, als in derselbigen Vorschreibung begriffen, dass neh-  
men mögen etc.

b) HALTAVS loc. all. Tom. II. sub hac voc; col. 2049.

i) In priuilegio a Max. I. a. 1495. ciuitati Ratisbonensi dato apud 10.  
FRIED. PFEFFINGER corp. iur. publ. Tom. III. pag. 499. in-  
ter alia haec occurunt. — und von jedem Faß Wein, fünff Hel-  
bling, zu PFLASTER ZOLL, zu nehmen etc. Isdem fe-  
re verbie hoc priuilegium a Rudolpho II. a. 1595. extensum est,  
IDE M loc. all.

k) Eslinga pedagii intuitu a Carolo V. a. 1521. priuilegium obtinuit,  
quod Rudolphus II. a. 1596. et Ferd. II. a. 1636 ad decem annos  
extenderunt, Leopoldus I. M. autem a. 1667. perpetuum redditit.  
In priuilegio Ferdinandi II. inter alia verba ita fluunt: — inglei-  
chen von jedem Roß, BRÜCK- und PFLASTERGELD,  
z Pfenige zu nehmen: etc. PFEFFINGER loc. all.

l) Vid. DVERESNA loc. all. Tom. V. sub adductis vocib. col.  
644. sq.

## §. IV.

Sed iam missis hisce proponamus quae adhuc de *pedago* et *ponti regio* generatim dicenda sunt. Debemus itaque ante omnia breuiter enodare quomodo hae exactiones ab affinibus praefationibus, *vestigali* nempe et *conductu*, differant. Totum discrimen rei in eo positum est, quod *pedagium* et *pontaticum* secundum regulam in compensationem sumtuum in extirctionem ac refectionem viarum publicarum pontiumque impensorum pendatur, *vestigal* pro sola transeundi transuehendique libertate, atque *conductus* pro securitate publica in viis publicis et pontibus praestanda solvatur. (a)

(a) per ill. RÜTTER auserles. Rechtsf. 2 B. pag. 254.

## §. V.

Qua occasione non immerito quaeritur, utrum differentia *Spho* praeced. indicata iam olim inuenierit locum, an recentioribus demum temporibus introducta fuerit? Etiam si ad sanctionem pacis publicae a. 1287. promulgatae plane non respiciamus; a) certum tamen est, sequentibus temporibus nonnullos saltim *vestigalia* possessores pro eorumdem redditibus vias publicas et pontes aedificare ac reficere; vel securitatem praestare obstrictos fuisse, adeoque illorum intuitu dictum discrimen non obtinuisse. Nam Rudolphi I. successores Augustissimi saepe *vestigalia* ea sub lege concederunt, ut priuilegiati pro illorum prouentibus unum alterumue praestare deberent. b) Ratio cur tales conditiones *vestigalia* priuilegiis haud raro insertae sunt, neminem, nisi historiae negotiorumque humanae rudem et expertem fugere potest. Qui nempe *vestigal* ab Imperatore supplicibus precibus efflagitarentur



runt, prout recte annotauit per ill. M O S E R , c ) publicae salutis rationes obtendere ideoque vnum alterumue sponte polliceri consueuerunt, vt eo facilius voti sui compotes fierent. Hodie autem omnes eiusmodi conditions vni alterius antiquiori vectigalis concessioni adiectae nihil amplius operantur. Iam dudum enim per obseruantiam eo res peruenit, vt omnes vectigalium possessores de pecunia, quae inde reddit, pro arbitrio disponere queant. d )

a) Extat illa sanctio spho 24. et legi potest in der neuen, vnd vollständigeren Sammlung der Reichs-Abfchiede, cui tota ista pax publ. ex Codice manuscrito Senkenbergiano Tom. I. sub num. 17. pag. 34. sq. inserta est.

b) In diplomate apud V A L . F E R D . de G V D E N V S eod. diplom. Tom. III. pag. 110. Petrus Archiepiscopus Moguntinus a Ludouico IV. vectigal accepit, per quod negotiatores, mercatores et alii homines transentes ibidem a P R A E D O N V M I N S V L T I B U S DEFENSANTVR. Carolus IV. ciuitati Francofurthensi a. 1377 vectigal ita indulxit: — daß Sie davon (h. e. de mercibus ante descriptis) Zoll nemen. sollen; D E R S T A T T , V N D I H R E R B R Ü C K E N Z V S T E V E R ; mit Namen etc. P F E F F I N G E R , loc. all. Tom. III. pag. 496.

c) Tract. von der Landesh. in Seuer-Sachsen cap. 15. §. 33. in fin. pag. 769.

d) D A V . G E . S T R U E K loc. all. Tom. II. Bed. 71. pag. 272 in fine sq.

## S. VI.

Restat, vt leges de nostro argumento latas ac disponentes ad summam referamus, adeoque summatim illas recenseamus earumque breuiter strictimque exponamus

B 2

vim

12

[decorative floral ornament]

vim ac virtutem Magna iam fuit a. 1576. a) legislatorum quæ  
rela, nonnullos status esse ausos propria auctoritate partem  
noua vestigalia instituere partem vetera augere, hisce exactio-  
nibus interdum pontagii aut pedagii nomen imposuisse et  
sub eo et hac ratione ius sibi temere arrogatum defendisse.  
Quamobrem Caesarea Maiesta vestigialium abusus causa ad  
omnes et singulos Duces circulares, illorum substitutos et iis  
consiliorum causa in rebus grauioribus adscriptos, quos vulgo  
*Nachgeordnete* et *Zugeordnete* vocant, rescribere e re sua esse  
duxit, nec minus hæc personas et reliquos circulorum sta-  
tus vi decisionis imperialis rogavit et admonuit, atque omni-  
bus singulisque imperauit, ut in proximis circulorum diebus  
tam in suis quam viciniis circulis diligentius anquirerent et  
explorarent, an, ubi et quomodo siue iniusta noua vestigalia  
introducta siue veterum accelerationes factæ essent, quoniam  
circiter tempore hoc euenerint et quantum pro vestigali aut  
alio sub nomine exactum esset. De his omnibus voluit iuslit-  
ue Imperator, vt supra commemoratae personæ conuentum  
Francfurthi die statuto habendum facerent certiorem, et  
relatum manu propria perscriptum et reclusum dicto die  
conuentus deputationis tabulario S. R. I. publico transmitten-  
dum tradendumque curarent. Praeterea quoqne mandatum  
fuit Caesareis Commissariis et sex Electoribus, vt futuro die  
deputationis perfectis istis relationibus consilium ex usum  
et exploratum caperent, ac omnia Caesareae Maiestati promi-  
te nunciarent, quo denique illa, quid instum ac salutare esset,  
perspicere posset ac decernere. Anno S. R. 1641 b) insti-  
tuto imperiali definitum et mandato Imperatoris omnibus  
belli ducibus et militum ac praesidiis praefectis iniunctum  
est, vt a pedagiis ab ipsis durante bello tricennali vi ex-  
tortis abstinerent eaque penitus abolerent. Statutum  
quoque P. W. e) est, vt commercii detimento et boni pu-  
blici damno hinc inde per S. R. Imperium, occasione belli  
nu-


nuper propria auctoritate contra iura, priuilegia et sine  
consensu Imperatoris atque electorum inuicta vestigalia  
omniaque alia inusitata onera, quae commerciorum et na-  
vigationis usum impediunt, minuant ac adimunt, penitus  
tolerentur. Ista lex non quidem expressis verbis de peda-  
gio et pontiuegio loquitur; at nihilominus id, quod in  
illa de vestigalibus aliisque inusitatis oneribus dispositum  
fuit, etiam ad hasce p[ro]ae[st]ationes suo modo pertinet, quia  
ex actis pacis appareat, eo tempore, quo LLtores de hac le-  
ge condenda cogitarunt, simul de hisce exactionibus ser-  
monem fuisse. d) Caecaria Maiestas prospiciens liber-  
tati commerciorum et querelis aliisque incommodis ex in-  
iustis vestigalibus natis in capitulatione nouiss. e) eum in  
casum, si nonnulli mercibus sub nomine pecuniae pro via  
soluendae et pro ponte numerandae seu vulgo sub titulo  
*Wege vnd Bücken Geld* noua portoria imponere aut si fuissent  
et adhuc auderent, semet obstrinxit, velle sub auspiciis im-  
perii eius caufa ad penitus se instruendum dare, et in  
quonam isti insolentes abusus consistant, a vicinis Electro-  
ribus Principibus et statibus scisitari, ac postea haec et alia hu-  
ius generis onera temere et insolenter introducta non solum  
vbique sine mora tollere, sed etiam in legum transgressores se-  
nere animaduertere et contra illos procuratorem fisci excitare.

a) R. I. huius anni §. 118, 119, et 120.

b) in R. I. huius anni §. 53.

c) I. P. O. art. VIII. §. 1. I. P. M. §. 67.

d) In des Evangel. Fürstenrats Bedenken in puncto commerciorum  
apud 10. GOD. DE MEIER N act. pac. Westphal. publ. Tom.  
II. lib. 18. §. 4. sub num. III. pag. 974. lg. legitur: die Brück-  
und Pfaster. Gelder können so ferne bleiben, wann sie nicht gesrei-  
gert, sondern dasienige gefordert wird, was vor den entsprungenen  
Krieg von Anno 1618. ber gebräuchlich, und mit Beliebung der Be-  
nach\*



nachbarten üblich gewesen. In projecto I. P. Sucicci a Sueciae legatis dit 14. April. a. 1647. Caesareanis exhibito, quod IDEM loc. all. Tom. V. Lib. 38. §. 14. sub num. I. inseruit, pag. 466. verba ita fluunt: — *Quae ante bellum pro structura, reparatione et conservacione pontium, viarum et fluviorum publica permisit utilitas, permissa manente, auctariis refectis.*

e) art. VIII. §. 11. et 12. Quomodo hic locus initio, nempe a. 1653, quo Electores illum prima vice capitulationi interseruerunt, conceptus fuerit ac tandem praesentem formam acceperit, expositus perill. MOSER. ad Capit. Caroli VII. Part. II. pag. 293. sq.

## CAPVT SECUNDVM.

### §. VII.

Iam singulas quaestiones, quae de pedagii et pontiuegii institutione, quantum ego quidem sciam, huc vsque mortae sunt, aut forte adhuc excitari possunt, breuiter perstringam. Primo loco siuepius acriter agitata controuersia proponenda est, *an statu imperii sine Caesareae Maiestatis et collegii electoralis consensu pedagium et pontaticum introducere liceat?* Qui tale tributum instituunt Domini territoriales aut restitutionem impensarum solum intendunt, ideoque modicum tantum stipendum a peregrinantibus et mercatoribus poscent, aut non. Quod ad *primum casum* attinet, Imperatoris et electorum consensum imprestatre non tenentur. Etenim statibus imperii tale pedagium et pontiuegium, cuius redditus sumptus extictionis et refectionis viarum publicarum pontiumque non excidunt, vi superioritatis territorialis imponendi ius competit. Quod sequentibus rationibus probare annitar. Status im-

imperii viarum regiarum dominium habent, a) nec aliud de pontibus vñi viarum publicarum inferuentibus dicendum est. b) Non possunt itaque impediri, quo minus horum operum publicorum vñum sub legitimis ac praecipue proficentes et negotiatores non grauantibus conditionibus restringant. Pro eiusmodi vero conditione pedagium et pontiuegium, quod non in vñus camerae Principis conuertitur, sed pro quo viarum pontiumque commoditas praefatur, ideo haberri debet, quia territorii Dominus vias publicas et pontes suis sumitibus exstruere et reficere non obstrictus est, c) ideoque in horum impendiorum compensationem modicum tributum iure indicere potest, nec non negotiantes et peregrinantes maxima pro hoc exi-guo tributo commoda consequuntur, dum iter expeditius ac commodius facere possunt, et pro transferendis mercibus tanto minus soluunt, quanto cultiores et expeditiores sunt viae. De eo autem, quod nempe imperii ordinibus omnia sub superioritate territoriali comprehensa iura propria auctoritate exercere integrum sit, nemo dubitat. d)

a) R. I. de a. 1559. §. 34. in der neuen und vollständigeren Samml.  
der R. Abf/ab. Tom. III. pag. 168. BERN. DE COCCETIS  
exercit. curiof.. Vol. I. disput. 34. §. 7. pag. 374. CASP. ZIEGLER.  
TR. de iure maiest. Lib. II. cap. 17. n. 10. pag. 1103. sq.  
KASV. FRITSCH. opusc. Tom. I. Part. I. tract. 14. cap. 3.  
n. 3. sq. pag. 269. sq.

b) BVRG. GOTTH. STRUVV. corp. iur. publ. cap. 30. §. 37.  
pag. 1147. edit. tert. ZIEGLER. los. all. Lib. II. cap. 16. n. 10.  
pag. 1094.

c) IO. PETR. DE LUDWIG vollständ. Erläuter. der gulden.  
Bulle ad tit. 9. §. 2. 3. Tom. I. pag. 882. in f. sq. edit. noniss.

d) HENZ

*a) HENR. de HENNIGE S ad I. P. spec. 8. pag. 1316. per ill.  
MOSE R. tr. von der Landeshob. der Teutschen Reichst. über-  
haupe cap. I. §. 8. pag. 13.*

## S. VIII.

Quae praecedenti \$pho afferui, non modo praestan-  
tissimorum lCtorum approbatione, *a)* sed etiam rerum in  
senatu imperiali aulico iudicatarum fide stabilire licet. *b)*

*a) HENR. de COCCELI loc. all. §. 13. pag. 376. CHRIS-  
TOPH. GEORGOW. Einleit. zu der Lebre von den Rega-  
lien cap. 8. §. 1. not. a) pag. 537 sq. et §. 5. pag. 545. sq. DIET.  
HERM. KEMMERICH. introd. ad ius publ. I. R. G. Lib. 5.  
cap. 10. §. 84. pag. 1120. et Lib. 7. cap. 7. §. 82. pag. 1496.  
edit. sec. DAV. GEORG STRV. rechil. bed. Tom. II. Bed. 71.  
pag. 268. sq. BVRC. GOTTH. STRYV. loc. all. cap. 13. §. 28.  
pag. 489. IO. IAC. IOS. SÜNDERMAHLER. opusc. sel.  
jur. publ. opusc. 2. §. 13. pag. 80. SAM. STRYCK. de iure  
ponitium cap. 4. num. 45. per ill. PÜTTER. instit. iur. publ. germ.  
§. 337. edit. nouiss. ill. de SELCHOW. elem. iur. publ. germ.  
Tom. I. Part. spec. lib. 2. cap. 2. sect. 4. §. 441. pag. 451. VLRE.  
THOM. LAVTERB. diss. de condominio territorii cap. 6. §.  
40. pag. 1656. in WOLFG. AD. LAVTERB. dissert. acad.  
Vol. IV.*

*b) Breuitatis causa duo tantum exempla afferam. Cum nobiles alii  
que ordines provinciales Ducatus Megapolitani in comitiis prouin-  
cialibus a. 1721. habitis inter alia de nouis vectigalibus sub aliis  
nominibus inuectis conquesti essent; consilium imperiale aulicum  
die 19. Oct. a. 1724. sub n. 54. hosce abusus aboleri iussi: simul-*

que

que sequentia addidit: Da aber Er, der Herr Herzog, nach vör-  
hero gepflogener Communication mit Dero Ritter- und Landschaft  
und deren eingenommenen Gutachten zu Abkürzung der Wege und  
mehrerer Bequemlichkeit der Reisenden, außer den alten Zoll-We-  
gen, auf Dero Kosten, Dämme, Brücken und Wege versetzen  
lassen wollten, demselben solches zwar unverwehrt, auch ein billiges  
vor jedes Pferd oder Wagen; so diese Dämme, Brück'n und Wege  
freywillig passiren wollen, nehmen zu lassen, wohl erlaubt sey; ie-  
doch auch Er dabey alles Zwäng' und Versperrung der alien in  
brauchbaren Stande ebenfalls zu erhaltenen Zoll-Weg durch Schlag-  
Bäume, oder auf andere Weise sich enthalten, alles und iedes, was  
dem zu wider era eingeführet und angeordnet, fördersamt abstel-  
len, diesemnach sowohl den R. Satzungen, als dem §. 15. des Ase-  
curations-Revers de 1621. sich in allem gemäß bezeugen solle. In  
iustissima haec decisione, quae in den mercatorum, R. H. R. con-  
clusis Tom. II. sub n. 215. pag. 301. sq. et in scripto a. 1728.  
sub titulo: iustissimae decisiones imperiales in causis Mecklenburgi-  
cis: in fol. in lucem emisso sub n. 382. pag. 414. sq. integra legi  
potest, senatus imperii aulicus pedagium et pontinegum a Do-  
mino territoriali sine Imperatoris et electorum consensu iusta-  
luntus non excedente proportione impositum iustum declarauit.  
Idem fecit supremum hoc imperii tribunal die 10. Ian. a. 1736. in  
causa nonnullorum statuum prouincialium et subditorum Basileen-  
sium contra Dominum Episcopum Basileensem, dum ad grau. XV.  
ita pronunciauit: Hat das Imperantische unbegründete Begehrn  
erazione Wiederherstellung der vorigen Straffen, und Einleitung der  
neuen, gestalten Vmständen nach, nicht statt; sondern man lässe  
es bey der desfalls gemachten neuen Straße quaest. um so mehr be-  
wenden, als — — —, auch der Herr Fürst sich überdiß ganz  
billig.



billigmässig dabin erkläret hätte, daß, wenn die Fürstl. Cammer, über kurz oder lang, bey solchen Straffen ein Wege-Geld anlegen würde, sodann die Vnserhanen von reparations und Unterhaltungs-Kosten dieser Straffen qu. befreyet seyn sollien. Integrum hoc conclusum exhibuit per ill. M O S E R. in den alten und neuen R. H. R., conclusis Tom. I. pag. 1. sq.

### §. IX.

Iam quoque ad alterum casum progredior, si pedagium aut pontorium a Domino territoriali non ea intentio ne iniungitur, vt sumtus ad exstructionem et conseruationem viarum publicarum pontiumque necessarii ferri possint, aut si pecunia, quae inde redit, ab eodem pro parte saltim in quaestum suum conuertitur. Si exteri ab hoc tributo immunes sunt, videndum, an non repugnantibus subditis iis illud imponatur, nec minus ordines prouinciales, vbi adsunt, consentiant, nec ne? Si illud; nulla dubitatio est in caufsa. Possunt enim status imperii ordinibus prouincialibus adsentientibus et eorum imperio subiectis non aduersantibus omnis generis onera, quae a collectis differunt, a) et tertio non molesta sunt, sine Imperatoris consensu introducere iisdemque qualiacunque nomina, quinimo vectigalis dare. b) Si hoc statibus prouincialibus aliquis ciubus supremi iudicis auxilium implorare licet. Nam leges imperii Dominis territorialibus certas modo collectas exigere permiserunt, iisdem vero facultatem alia huiusmodi noua onera a collectis diuersa ab ordinibus suis prouincialibus aliquis eorum imperio obnoxios iis inuitis extorquendi non dederunt. c) Praeterea R. I. de

a, 1576

a. 1576 et capit. caesar. (§. 6.) status prouinciales aliosque parentes ab omni obligatione talia tributa suscipiendi penitus liberant. Sensus enim harum legum eo reddit, quod nemo, quicunque demum sit, pedagia et pontatica ab ordinibus imperii propria auctoritate lucri causa instituta soluere teneatur. Quod vt probetur, haec duo demonstranda sunt, quod nempe istae leges de modo descriptis pedagiis et pontiuegiis intelligendae sint, nec non vnicuique profitat. Ut prior propositio probetur, iam ostendam, rationes a summis legislatoribus prolatas vnicice dicta pedagia et pontenagia respicere. Prima ratio in capitulat. caef in eo posita est, quod ibidem prohibita onera quoad effectum et ea, quae inde sequuntur, pro nouo vctigali haberri debeant, et interdum pro maiori incommodo aestimanda sint. Hoc de pedagio et pontorio, quatenuis in lucro consistit, iure meritoque asseritur. Nam cum haec tributa proprie talia vnicice in compensationem sumtuum rogentur; (§. 4.) in aprico est, omnem pecuniam sub hoc titulo perceptam, pro ea parte, quae in res alias infumitur, hoc nomen non mereri, sed in portoriorum degenerare. Secunda ratio in R. I. et capit. caesar. ex eo deducta est, quod huiusmodi onera vicinis statibus, eorum clientibus ac mercatoribus haud exiguum damnum et incommodum afferant, nec non libertatem commerciorum tollant. Haec ratio pariter cum casu obvio conuenit. Illa enim tantum stipendia, quae ad construendum et reparandum vias publicas pontesque, nec non securitatis proficiscentium causa peraequa proportione colliguntur, commerciis haud nocent, reliqua autem omnia, quocunque nomen sortiantur, communiter noxia sunt. d) Tertia ratio in R. I. in eo fundata est, quod conatus eorum, qui noua eiusmodi tributa proprio ausu stabilire haud erubescunt, in fraudem resevatorum Imperatoris et reverentiae Caesare-



reae Maiestati ac collegio electorali debitae vergeret. Quod de hoc casu recte praedicatur, quia pedagium et pontiuegium, vnde territorii Dominus et camera lucrum captare intendunt, a vestigali, vt antea dictum est, non nisi nomine differt, status imperii autem portoria sine caesarea concessione cum Electorum consensu munita instituere nequeunt. Posterior propositio, quod nempe commemoratae leges vnicuique prosint, ex ipsis earum verbis sine vila difficultate probatur. Nam in istis legibus exactiones ibidem prohibitae generatim serio interdictae sunt. Si exteris immunitas a tali onere denegatur; illis pariter aditus ad supraem imperii tribunalia patet. Cum enim legislatores secundum ea, quae paullo ante exposui, neminem iniustum supra descriptis pedagiis et pontaticis onerari velint; non video sub quanam specie iuris exteris huiusmodi tributo grauatis actio denegari possit.

a) Egregie de eiusmodi praestationibus pecuniarisi a collectis diversis egit Perill. MOSE R. tract. von der Landeshoheit in Steuer-Sachsen etc. cap. 16. pag. 783 sq.

b) IDEM loc. all. cap. 15. §. 35. pag. 771.

c) IDEM loc. all. cap. 16. §. 4. pag. 786. sq.

d) HENE. de HENNIGE'S loc. all. pag. 1313.

#### S. X.

Principia, quibus S. praec. secundum casum superstruxi; si nempe Dominus territorialis ordinibus prouincialibus aliisque ciuibus iisdem repugnantibus pedagium et pontiorum improprie tale imponere vult, senatus imperialis alicius olim in causa Megapolitana, cuius antea (Spho. 8.) mentio facta est, adoptare non dubitauit. a)

§) Cum nempe nobiles aliquae status provinciales Ducatus Megapolitani, prout supra (§. 8. not. b.) dictum est, inter alia de novis vestigaliis sub aliis nominibus exactis conquisiti essent; consilium imperiale aulicum hosc abusus in concluso ibidem adlegato sub num. 14<sup>o</sup> sustulit his verbis: Wird Caesarea autoritate verordnet, daß gleichwie neue Zölle anzulegen, oder die alte zu erhöben, in den R. Gesetzen ernstlich verboten; also der Herr Herzog zu M. sich künftig darnach zu achten, und meder direktē noch per indirectū durch neue, oder von Alters her nicht hergebrachte Imposeten an den Brücken, und Weggeld auf den gewöhnlichen und alten Zoll-Straßen, ingleichen Anlegung neuer Schatzung auf das durch die Zölle gehende Vieh, womit — zu verschonen, denn auch mir gewissen, sonderlich übermäßigem Gebübren, vor Paßier-Zeddel und andere dergleichen Ungelder darwider zu handeln habe. In transactione a. 1755. inita att. 15. §. 291. hoc monumentum his verbis definitum est: An den Orten, wo im Jahr 1724. zu Besser- oder Abkürzung der gewöhnlichen und alten Zollstraßen, und zu mehrerer Bequemlichkeit der Reisenden, Dämme, Brücken und Wege versetzter sind, und dafür bisch bisher ein billiges, für jedes Pferd, oder für jeden Wagen, womit diese Brücken, Dämme, oder Wege berühret werden, genommen ist, daselbst hat es bey dem Stand und Besitz vorhanen Jahrs sein Bewenden. Conf. §. 17.

## §. XI.

Evidem ingenue profiteor, satis ambiguam ac intricatam esse hanc quaestione. Quamobrem Sphis antecedentib. propositam sententiam saepius impugnatam et pedagia ac pontiuegia a Dominis territorialibus propria auctoritate inuestigata pro illicitis habita fuisse, mi-

C 3

rum

rum non est. Referam paucis, quae huic, in quam descendit, sententiam obstat videntur. Dissentientes afferunt, summos legislatores in R. I. de a. 1576. et in capit. caesar. (§. 6.) non solum vestigalia, sed etiam eiusmodi onera sine Imperatoris indulgentia et electorum consensione imposita generatim haud inobscure reprobasse, et, ut abolerentur, serio praecipisse. Accedit, quod imperii ordines ipsi agnouerint, se talia tributa vi sublimis territorii iuris introducere non posse, dum adhuc seculo 14. et sq. idcirco a Caesarea Maiestate priuilegia impetrarunt, a) aut, ciuitates suas mediatis pedagii et pontatice intuito priuilegia caesarea obtinuisse, passi sunt, b) Ceterum nec desunt decisiones imperiales, in quibus a supremis imperii iudiciis pedagia a statibus imperii proprio ausu instituta pro illicitis declarantur, c)

a) Sic Imp. Albertus Gerhardo El. Mog. eiusmodi priuilegium dedit. GVDEN. loc. all. Tom. I. pag. 902. Porro ciuitas Fridberg. a. 1361, Augusta Vind. a. 1430 et Conradus Comes Solinensis a. 1475 talia priuilegia caesarea obtinuerunt. PFEFFINGER. loc. all. Tom. III. pag. 495. et 497. Addo quoque not. i) et k) ad Opnum 3. Plura exempla, quae PFEFFER. loc. all. et per ill. MOSER. tract. von der Reichs-Städtischen Regiments-Verfassung Lib. I. cap. 10. §. 9. pag. 248. sq. congesse sunt, breuitatis studio omitti.

b) Fridericus III. die 14 Sept. a. 1459 pedagium ciuitatis Hallensis confirmavit teste diplomatico, quod de DRETHAVRT loc. alle. Tom. II. sub num. 472. pag. 420 sq. exhibuit.

c) Camera imperialis ita iudicauit in sententia die 27 Martii a. 1733 publicata, quae apud de LVDOLP symphor. consultar. et decis. Vol. III. Part. I. col. 1093 sq. extat, et sequentem in modum se habet: In resp. entschiedener Sachen sämlicher Unterthanen Stadt und Landes Hohenzollern-Hechingen, Klägern, wider ihren Landes-Herrn,

Herrn

Herrn Friederich Wilhelm, Fürsten zu Hohenkollern Hechingen und Consorten, Beklagte, mandati de relaxandis captiuis etc. numero die noch übige Punctionen betreffend; — Anlaugend den Pferd- und Vieh-Zoll, wird das so genauste Weg-Geld hiermit aufgebohen, est. Consilium imperiale aulicum die 8 Nov. a. 1766. Christiano Ioanni Comiti de Leiningen Westerburg iniunxit, ut rationes indicaret, eur aggeris ex utraque parte fossa circumvallata causa in loco Kirschheim an der Eck dicto nouum pedagium inuexisset. Comes quidem hoc factum defendere et excusare aggressus est, sed haud adeo felici conatus. Etenim cecidit causa, et die 23 Oct. a. 1767, eius defensio tanquam legibus imperii aduersa reiecta est. Perill. M O S S E R tract. von der Landesh. in Steuer-Sachen cap. 15. §. 51. pag. 780.

### §. XII.

Ad proposita dissentientium argumenta ut breuiter strictimque respondeam, ea non tam firmo mihi stare vindentur talo, ut meas rationes euertere possint. Quod ad primum attinet argumentum, quod nempe summi legislatores in citatis L. L. non solum vestigalia, sed etiam pedagia et pontoria sine priuilegio caesareo et electorum consensu imposta generatim prohibuerint, nonnullorum magni nominis litorum a sententiae album adiicio calculum, qui statuunt, dictas leges pedagium et pontiuegium improprie tale vnicce respicere, adeoque illum casum, quo territorii Dominus nullum inde lucrum capit, penitus excludere. Hoc ut eo clarius pateat, vltterius evincam, rationes a summis legislatoribus expressas illud pedagium et pontaticum, quod nullum camerae Principis fructum fert, non concernere. Prima ratio Spho 9. indicata huc non pertinet, quoniam pecunia, quae vnicce in compensatio-

24

sationem sumtum in exstrectionem et refectionem viarum publicarum pontiumque soluitur, reuera ut portuum considerari nequit, (§. 5.) cum semper parum ac tantillum modo poscatur. Idem de secunda caussa §pho 9. memorata adfirmandum est. Pedagium enim et pontorium, quod vere hoc nomen meretur, ob rationes supra (§. 7. in f.) adductas commercis non officit. Nec denique tertia ratio, quae §pho 9. occurrit, nostro casui conuenit. Etenim ius vestigalia conferendi modo reseruatis caesareis cum electorum consensu exercendis accenseri debet; at de facultate pedagium et pontiuegium proprie tale indicendi idem nec ex legibus nec ex obseruantia probari potest. Contrarium potius demonstrat consuetudo. Quamuis enim Imperator iam a Rudolphi I. tempore inde vi usus portoria sine electorum adsensu impertire non potuerit; b) tamen Rudolphi I. successores Augustissimi soli absque collegii electoralis contradictione multis imperii ordinibus potestatem pedagium et pontaticum postulandi per priuilegia concederunt. c) Quae cum ita sint; quisque facile nobis largietur, statibus imperii eo minus copiam ac facultatem sub supra (§. 7.) dictis limitibus pedagium et pontorium propria auctoritate instituendi denegari posse, quominus priuatiss id interdictum est. His enim tunc, si vias, quarum Domini sunt, pontesque huius generis suis sumtibus exstruunt sive reficiunt, a quolibet, qui istis vtitur, priuato ausu modicam sumnam poscere, et eos, qui hanc quantitatatem soluere recusant, ab usu dictorum operum arcere permittitur. d)

a) IUST. HENN, BÖHMER. consultat. et decis. Tom. I. Part. 2, dec. 28. n. 10. pag. 133. DAV. G. E. STRVBE loc. all. 10, PETR. de LVDEWIG loc. all. ill. de SELCHOW loc. all.

Tom.

Tom. I. Part. spec. Lib. I. cap. 1. Sect. 2. tit. 2. membr. § 1  
§. 372. ibique not. 3.

b) IO. LIMNAEVS ad capitulat. pag. 238. sq.

c) Vide not. a) ad ſophum 11. ibique adleg.

d) IO. BALTH. L. B. de WERNHER. Part. 6. obf. 437.

### S. XIII.

Secundum, quod proferunt, argumentum lubrico superstrutum esse mihi videtur fundamento. Nam ex eo, Quod multi imperii ordines ac praecipue imbecilliores olim Pedagii et pontiuegii caufa priuilegia caſarea petierunt ver- tatur ac impetrarunt, aut eorum ciuitatibus talia priuilegia sup- plicibus precibus efflagitantibus non obſtiterunt, nullo mo- do concludi potest, eos hoc facere debuisse, et hodie adhuc facere oportere. Ratio est in aprico. Multi nempe imperii status ac in primis potentia minus valentes, quibus potentiores aut rixosi vicini erant, olim saepius circa eiusmodi iura, quae quidem ex superioritate territoriali flunt, at vix sine metuenda controuersia cum Imperatore aliisque vicinis vi iuris territorialis exercere po- terant, ex rationibus consilii codicillos Augustales obtinuerunt, a) Eodem ex fundamento ciuitates mediatae intuitu hu- iusmodi iurium non a Domino territoriali, sed ab Imperatore priuilegia impetrarunt. Pedagium et pontaticum autem modo descriptis iuribus adnumerandum esse, vel me non monente omnes intelligent. b)

a) per illud. M. OSER. Teutsch. Staats. Recht Tom. IV. Lib. 2. cap. 56. §. 42. pag. 264. IDEM tract. von den Kaiserl. Regerungs- Rechten und Pflichten cap. 16. §. 115. pag. 530. sq.

b) Quod ciuitates mediatae olim saepius ob vicinorum potentiorum statuum contradictionem pedagii caufa priuilegia caſarea obtinuerint.

D

rit.

tint, egregie probant, quae intuitu pedagii ciuitatis Halensis Magdeburgitae acciderunt. Cum nempe senatus huius urbis, vicum munimum, quem exegerat, sumtibus conservationis stratae, viagum et ponticulorum non sufficeret, animaduerteret, ideoque tres muninos posceret; Saxonias elector huius augmento, quod praecipue subdiis electoralibus Halac sal ementibus molestum erat, oblitus.

Quamobrem magistratus Halensis istius augmenti causa die 12 Martii a. 1446. cum consiliariis electoris pactum, quod apud DREYTHAVT loc. all. Tom. II. sub n. 471. p. 420. extat, iuxit, et a. 1459. a Frid. III. Imp. pruilegium impetravit. (§. 11. not. b.)

**§. XIV.** Tertium, quod obiiciunt, versatur circa sententias quibus summa imperii tribunalia pedagia ab imperii ordinibus propria auctoritate indicta aboliri susteruntur. Sed quia omnia et singula, quae circumstant, ignota sunt, adeoque utrum istae decisiones ad hunc vel illum casum referri debeat, certe dici nequit, ex illis contra nostrum assertum nullum firmum argumentum desumti potest. Pedagium, quod Princeps de Hohenzollern Hachingen erexit, et camera imperialis sustinuit, (§. 11. not. c) reuera rectigal equis aliquis pecudibus proprio ausu impo- situm fuisse videtur. Forsitan ratio pedagii a Comite de Leiningen inuesti non adeo dissimilis fuit. Etiam si haec exempla aliter forent comparata, tamen nihil inde contra nos inferri potest. Quotidie enim accidit, ut iudices in questionibus clara lege non decisis et a DD in utramque partem disputatis modo in hanc, modo in illam sententiam eant, et adeo unum idemque iudicium, praec-

praecipue post pristinorum Assessorum fata sive discessum,  
aliter iudicet, quam olim ab his factum est.

§. XV.

Succedit altera questio, quae est: *utrum statu immo  
perii ipsi vi iuris territorialis competentem possidat et sub  
limitibus supra definitis pedagium et pontorum introducen-  
di indistincte in omnibus viis publicis exercere queant, nec  
ne?* Si viae veteres, in quibus portoria et praeterea forte  
pecunia conductus nomine paelanda exigunt, reficiuntur,  
atque non solum viis publicis, quippe quos illae  
viae et imprimis regiae plerique attingunt, pontes im-  
ponuntur, sed etiam palides aliaque eiusmodi loca pen-  
ticularis consernuntur; pedagii et pontuegii introductio il-  
licita esse videtur, quoniam profiscientes et mercatores  
tunc nimis oneribus premuntur, adeoque commerciorum  
libertas tollitur. a) At, huic sententiae ut subscrivam,  
a me impetrare non possum. Nam, cum pedagium et  
pontaticum propriate in modica tantum quantitate consili-  
fatur, atque mercatores et profiscientes pro eodem ma-  
xima consequantur commoda; (§. 7 in f.) certe afferi ne-  
quit, quod illud, si in una eademque via praeter alia di-  
cta tributa stabilitur, commerciorum libertatem adimat.  
Si territorio Dominus viam nouam, quatenus hoc ipsi li-  
cet, b) instituit, et pontes illam continuantes extrahit, sine  
dubio pedagium et pontenagium inuicere potest. c)

a) Ita sentire videtur AHASV. PRITSCH. de iure pontium cap. 4;

§. 4. n. 19. in opuscul. Tom. II. tract. 4. pag. 82.

b) Tocauit hoc argumentum per ill. MOSER. Teutsch. Nachbarlich.

Staatsr. Lib. 3. cap. 15. §. 13 sq. pag. 438 sq.

c) Vide conclusa senatus imperialis aulici supra §. 3. not. b) relata.

XVI

Supra a nobis evictum est, imperii ordines nullam partem pecuniae ex pedagio et pontiuegio redeuntis in quaestum suum convertere posse, ideoque illis sub hoc titulo plus quam ad extractionem et refectionem viarum publicarum pontiumque necessarium est, postulare non permisum esse. Quid autem tunc statuendum est, si status imperii plus hoc nomine exigit et in alia opera publica impedit? Non memini in actis publicis me vnguam legere, procuratorem fisci vi potestatis ipsi in capit. cael. a) datae non concurrente denunciante ad huiusmodi oneris abolitionem egisse. Nec ullum inueni exemplum, in quo talis causa a ciuibus aut externis ad summa imperii iudicia delata est. Quia interim hoc euenire potest, superuacaneum non erit, hanc questionem accuratius examinare. Cum quidam casus minus, ali magis dubii sint, singulos sigillatim considerabo. Domini territorialis imperio subiecti sine dubio eiusmodi pedagium et pontiorum impugnare nequeunt, dummodo illud ea ratione impossum sit, quae cum constitutione cuiusque prouinciae vulgo Limes Verfassung conformis est. Pedagium et pontiacum enim tam generatim quam speciatim in casu obuio iis praefestationibus pecuniaris accensendum est, quae quidem revera collectae aut earum surrogatum sunt, at quibusdam quinimo plerisque in territoriis in earumdem classem non referuntur, ideoque a me supra (§ 9 pag. 18) onera a collectis diuersa nominatae sunt. b) Haec autem tributa, si dicto modo inuehantur, a clientibus soluenda sunt. c) Quod ad exteriores attinet, plerunque negari non poterit, illos ex publicis operibus et institutis, in quae pars prouentuum pedagii et pontenagii insumitur, ad minimum aliquam haud exiguum utilitatem percipere. Quae si ita sunt, ii repugnantes nihil proficiunt. Cum enim

enim illorum obligatio ad huiusmodi publicorum operum et institutorum exfrustationem et conferuationem aliquid conferendi extra omnem dubitationis aleam posita sit; de eo solum conqueri possunt, quod quantitas, qua e. ab iis poscitur, vtilitatem inde in illos redundantem excedat. At hoc grauamen partim nimiam subtilitatem sapit, partim firmo fundamento destitutum est. Nam sicut territorii Dominus omnia aurificis statuta trutinare et citra boni publici moram minutissima curare nequit, ita nec exteri talia onera, quae supra a collectis diuersa nominaui, eo sub praetextu impugnare possunt, quod ipsos, prout ciuitates imperii olim recte declararunt, d) consequenter vel per indirectum aliqua ex parte incommodo adficiunt. Eiusmodi exactiones enim, inter quas praeferunt notissimum tributum a multis imperii ordinibus non sine extra neorum onere sub accise nomine introductum eminet, si legitime imponuntur, licitae sunt. e) An vero opera et instituta publica, in quae pars reddituum pedagii et pontiuegii impenditur, exteris haud leue commodum ad ferant, pro iis, quae circumstant, ex aequo et bono diuidicandum est. Quid tandem illo casu, quo opera et instituta publica, quorum causa sub pedagii et pontiuegii titulo aliquid rogatur, exteris nullam plane vtilitatem praestant, iuris sit, ex iis, quae modo disputauit, per se patet.

a) art. VIII. §. 12, in f.

b) conf. not. a) pag. 20 et praecipue per ill. MOSER, loc. ibid. alla cap. 14 pag. 677 sq.

c) Vid. not. c) pag. 20 et in primis per ill. MOSER, loc. ibid. all. cap. 14 §. 7. pag. 684 sq. §. 9. pag. 686. sq.

d) apud per ill. MOSER ad capit. Caroli VII. part. 2. pag. 296. sub num. 10.



perili. M. O. S. R. loc. all. Tom. III. pag. 105 et tract. von der  
Landesohol. in Steuerfachen cap. 14. §. 7. 684. sq. Nouissima  
prædicta videlicet apud EVM. D. Reichs. Statis. Handb. auf das Jahr  
1773. pag. 232 et 10. vir. DE CRAMER. Wetzlar. Nebenste-  
Part. 118 Abh. 1.

## S. XVII.

Iam prægredior ad dirimendam quaestionem, ian-  
Dominus territorialis pedagium et pontianum propriæ tale-  
æ non nisi statuum provincialium consensu stabilire queat.  
Si ordines provinciales speciale aliquod fundamentum alle-  
gare possunt; omnino consulendi sunt. b.) Nec minus in  
dubio pro illis pronunciandum esse videtur, quatinus hu-  
iusmodi fundamento desituantur. Nam DD. pedagium et  
pontenagium iis tributis adnumerant, quae reuera quidem  
collectæ sunt, at non vbiuis in earum classem referuntur.  
(§. 16.) At pro statibus provincialibus tunc, si de nouis  
eiusmodi oneribus indicendis agitur, praesertim mili-  
tia, quod sine illorum assensu nihil decerni possit, quoniam  
quod ius collectandi tali presumptione muniti sunt, c.) et  
generatim id, quod circa collectas juris est, de dictis quo-  
que exactionibus valet. d.) Nihilominus contrarium adfir-  
mare non dubito. Quae enim de huiusmodi tributis iam in  
medium attuli, merito ad ista eorumdem genera restrin-  
guntur, quorum intuitu saltim aliquod lucrum Princi-  
pi, sive vniuersae reipublicae, sive denique determinatis  
quibusdam personis moralibus naturalibus destinata  
intenditur, adeoque ita comparata sunt, ut ab ordinis  
provincialiam beneplacito pendaat, num eum in fi-  
nem aliquid conferre, et, si hoc aequum videtur, nu-  
in quantitatem postulatam et propositum tributi ge-  
nus consentire velint, neè ne. Haec autem omnia de pe-

dagio et pontiuegio proprio tali, prout vel me non mo-  
nente omnibus clarum et perspicuum est, asseri neque-  
unt. Est etiam haec, quam amplexus sum, sententia  
vſu recepta, c)

- a) Nam pedagium et pontorum improprie tale huic non pertinet,  
quia reuera hoc nomen non meretur, et Dominos territoriales  
illud statibus provincialibus iis iniuis obtrudere non posse, de-  
monstratum est. (§. 9.)
- b) Supra (§. 10 not. a.) vidimus, in transactione a Duce Megapoli-  
tano cum ordinibus provincialibus inita pedagia et pontistica, quae  
a. 1724 in vſu fuerunt, certa ratione pro legitimis declarata esse.  
Ratione futuri Dux in all. transactione §. 292 sequentia promi-  
xit: *Jedoch wollen Wir nicht gestatten, daß bey künftiger Ab-  
kürzung oder Besserung der öffentlichen Land-Wege etwas mie-  
Zwang oder Sperrung, unter dem Namen von Damm-Wege-  
oder Brücken- Geld einseitig und neuerlich aufgebracht werde,  
sondern Wir wollen in Fällen, da die Nordurfe eine Aende-  
rung oder Besserung öffentlicher Landwege erfordern sollte, die  
Sache auf Landträgen abbandeln, oder, wo Gafahr mit dem  
Verzug verknüpft ist, gleichwie das vnuugänglich verfügte,  
nachher an Ritter- und Landschaft gelangen lassen, und deren  
Nordurfe in Gnaden hören, mithin darauf, nach Messigab  
des 8ten Articuls, attendiren.* Quod iam antea ideon vi pacii aut  
obseruaniae obtinererit, ex concluso consilii imperialis anici su-  
pra (§. 8 not. b.) relato haud obscure patet, et si status provin-  
ciales modo pro fundando grayamine 8 et 11 contra nona vestigalia  
sub nomine des Damm- Geldes inuicta directio allegarunt, Ducis  
eiusmodi onus sine nobilium consensu introducere non permisum  
fuisse. Quamvis vero haec ita sint, tamen ad illud exemplum su-

E

pra



pra(<sup>g.</sup> 10.) prouocare potui, quoniam territorii Dominus pedagium et pontenagium improprie tale ordinibus provincialibus, siue huiusmodi paetum extet, siue non, obtrudere nequit, ideoque talis conuentio eiusdem obligationem pedagium et pontuegium improprie tale illis inconsulis non stabilendi tantum firmat. Alterum exemplum occurrit in recessu inter Georgium Guilielmum Ducem Brunf. Luneb. Cellens, atque nobiles aliosque status prouinciales Ducatus Lauenburgici d. d. 15 Sept. 1702, quem IO. CHRISTIAN. LUNING. collect. nou. von der mit telbaren, oder landfissig. Ritterschaft in Teutschl. part. I. col. 1299 sq. exhibuit. In hoc recessu verba ita flaunt: zum 19den — — Auch die von der Ritter- vnd Landschaft sowohl als andere passrende das Brücken-Geld zu Rarzeburg, vnd da etwa ganz unbrauchbare Wege, als bey Möllen, Grönau vnd dergleichen mit schweren Kosten repariret werden möchten, das darauf mit ihrer Einwilligung (gesetzte) Weg-Geld zu entrichten schuldig seyn; Im übrigen aber ordinarye von Brücken-Damm- oder Wez Geld frey bleiben, ihnen auch unter dergleichen Namen sonst kein onus aufgebürdet werden soll.

c) G E. D A V. S T R U B. Nebenß. Part. 2. Abh. 10. §. 26. pag. 551.

d) perill. M O S E R. tract. von der Landeshob. in Scenversachen cap. 14. §. 9. pag. 686 sq. et cap. 16. §. 4. pag. 786 sq.

e) Sic ex concluso senatus imperii aulici supra (§. 8. not. b) adducto colligi posse videtur, quod in Episcopatu Basiliensi ordines prouinciales circa introductionem pedagii non concurrant, quamvis iis tune, si de nouis collectis prout et aliis tributis, quae reuera surrogatum collectarum sunt, indicendis sermo est, votum decisiuum competit, prout ex iis, quae in dicto concluso ad grau. VII. et VIII. decreta sunt,

ap-

apparet. Etenim consilium imperiale aulicum in isto concluso ad grau. XV, vbi de pedagii institutione agitur, de consensu statuum provincialium adhibendo nihil addidit. Ceterum ad multa exempla, quibus Domini territoriales soli pedagia crexerunt et ordines provinciales tacuerunt, ex rationibus, quas commemorare opus non est, prouocare nolo.

### S. XVIII.

Postquam huc usque principes quaestiones, quae circa pedagium et pontorium a Domino regente imponendum oriri possunt, enodaui, ad postgenitos non regentes est transeundum. Cum enim illis haud raro aliqua terrarum parte prospiciatur, iisdemque in ista varia regalia huiusmodi verbis concedantur, quae superioritatem quamdam inferre videntur; non a re alienum est indagare, an in eiusmodi terrarum portionibus ius pedagium et pontaticum instituendi primogenito regenti, an postgenitis non regentibus competit? Si in dispositione, qua ius primogeniturae introductum est, et indeoles huius portionis vulgo deputati, quam nonnulli paragium vocant, definiri solet, siue in pactis huius momenti caussa aliquid determinatum est, siue deinde obseruantia certa adest; huic praescripto et normae standum est. Si vero res incerta est; primogenitus regens hoc ius recte sibi vindicat. Nam omnes controueriae, quae inter primogenitum et postgenitos non regentes circa iura territorialia exercenda existunt, in dubio pro primogenito decidenda sunt. a)

a) Perill. MOSER Teutsch. Staats-Recht Tom. XIV. Lib. 3. cap.

71. §. 54. pag. 455 sq. IDEM Familien-Staats-Recht der Teutsch. Reichsfânde Part. I. cap. 3. §. 51. pag. 490.

## §. XIX.

Nec minus quaedam addere iuuabit de ista quae-  
stione, an nobiles solum Imperatorem Dominum agnoscen-  
tes in ditionibus suis superioritati territoriali ordinum  
imperii haud subiectis sub restrictione adducta pedagium et  
pontenagium stabilire queant? Considerandum est, an ius  
viarum publicarum pontiumque ad vicinum imperii statu-  
tum iure seruitutis spectet, nec ne? Si prius, nobilem  
immediatum hoc ius in sua ditione sibi vindicare non  
posse, sed vicino Domino territoriali, cui est ista serui-  
tus, relinquere debere, per se patet. Si posterius, pro  
equitibus immediatis pronunciandum esse credo, quia  
illis in ditionibus suis immediatis quoad secularia iura su-  
perioritas territorialis negari nequit. a) Cum autem certo  
certius sit, nobilium immediatorum superioritatem ter-  
ritorialem non omnia illa iura complecti, quibus imperii  
ordines gaudent, breuiter adhuc explicandum est, illis  
ius viarum publicarum pontiumque deberi. Equites immediati  
in regula praeter bannum sanguinis illis tantum iuribus  
non cohonestati sunt, quae Imperator in A. B. electoribus  
tanquam singulares praerogatiwas concessit, et tandem omnes  
imperii status cum superioritate territoriali obtinuerunt,  
nec non quae directorum equestre vniuerscuisque pagi  
vulgo canton in singulorum bonis exercet. b) At his iu-  
ribus ius viarum publicarum pontiumque non adnumeratur.

a) Capit. cael. art. XV. §. 8. per ill. M O S E R. tract. von den  
Teutsch. Reichs. Ständen, der Reichs. Ritterschaft auch etc. Lib.  
3. cap. I. §. 31. pag. 1278 sq. IDEM in den vermischten Nach-  
richten von Reichs. Ritterstaatlichen Sachen pag. 47 sq. Add.  
deductio sub tit. versheidigte Freyheit und Vumittelbarkeit der

H. R. R. Ritterschaft in Franken, Schwaben vnd am Rhein etc.  
Tom. I. pag. 846 sq.

b) Perill MOSER. tract. von den T. Reichs-Sünden etc. §. 32.  
pag. 1218.

### §. XX.

Equidem non ignoro perill. **MOSERVM**, a) communem iuris publici germanici Doctorem, in aliam ire sententiam, atque contendere, *nobiles immediatos sine consensu Imperatoris aut ciuium pedagium et pontuegium erigere non posse*. At, si me non omnia fallunt, hanc tangiti viri sententiam cum mea conciliari posse, credo. Quantum enim ex iis, quae antecedunt et subsequuntur, colligere licet, loquitur vir perill. de pedagio et pontorio improprie tali. Ceterum spero fore, vt summe mihi venerandus hic vir haud moleste ferat et stomachetur, me vsum esse interpretatione, qua sine omni offensione eius sententiam meam facere allaborauit.

a) loc. all. §. 38. pag. 1288 vbi ita scribit: *Ob die Reichs-Rittere be-  
fugt seyen, Accis, Vngeld, Brücken-Weg-Führ-Gelder, v. d.  
g. anzuhören? ist auch bald zu beantworten. Ohne Einwillig-  
ung des Kaisers, oder der Unterthanen darf er es nicht.*

### §. XXI.

Supereft, vt adhuc de *civitatis mediatis* quidquam proferam, quae haud raro in compensationem sumtuum extorsionis et refectionis viarum pontiumque pedagium et pontaticum exigunt. a) Quod hodie hunc in finem intuitu platearum viam publicam continuantium atque pontium istius vibus infervientium priuilegio Domini territorialis indigeant, extra omnem dubitationis aleam



positum est. Dicta enim opera publicis usibus consecrata ad principem iure dominii pertinent, adeoque senatus oppidanus istorum operum constructionem et reparationem sine iusto titulo sibi arrogare nequit. b) Magistratus illarum urbium, in quibus commercia iam ab antiquissimis inde temporibus floruerunt, iam tunc ad sustinendos immensos sumtos ad conseruationem pontium et viarum publicarum tam in confinio quam per ciuitatem euntium ac frequentiori mercium transportatione de prauatarum necessarios eiusmodi pecunias rogare coacti sunt, ideoque, si ad edendum titulum adstringuntur, sine dubio ad immemorialem praescriptionem vnicce prouocant, eaque se tuentur. Interea etiam factum est a quibusdam, ut in sequentibus temporibus ab Imperatore confirmatorum priuilegium obtinuerint. c) Reliquae urbes, in quibus iam perfecta ordinum imperii superioritate territoriali commercia efflorescere coeperunt, sine dubio a territorii Dominis priuilegia impetrarunt, eaque, si propter vicinorum contradictionem utile visum fuit, a Caelarea Maiestate curarunt confirmanda. Ceterum per se patet, statum imperii huiusmodi exactiones urgentibus reipublicae necessitatibus in manus et melius euhere posse. d)

a) conf. de hoc argumenato IO. GEORG. ESTORIS  
Teut. ch. Bürgerl. Rechtsgel. ab exc. IO. ANDR. HOF-  
MANN. edit. Tom. I. pag. 822 sq. IO. PETR. DE LUDWIG  
confil. Halenf. Ictor. Tom. II. Lib. II. conf. 99.

b) NICOL. CHRISTOPH. de LYNNCKER, cent. 4, dec 387,  
pag. 239.

c) Vide quae de pedagio ciuitatis Halensis antiquissimo supra (§. 11  
not. b. et §. 13. not. b.) annotauit.

d) Huc referri potest antiquum exemplum §. 3. not. f. 'adductum,  
si reuera augmentum adfuit, quod Archiepiscopus negauit. Aliud  
exemplum occurrit in resolutione grauaminum d. a. 1612. apud  
IO. CHRISTIAN. LÜNIG. cod. Augst. Tom. I. col. 167.  
In ista nemp̄ lege IO. GEO. I. elector senatui urbis Weissen-  
see euentualiter augmentum pedagii concessit eum in casum, si  
preces veritate niterentur.



11. V. regi omnibus illis hanc vicinam ciborum et cap. shv  
Inventum d. p. v. 1. 12. d. am  
muscis. A. v. 12. undique. numpis. lures. d. v. 12. d.  
lutea. gloria. r. v. d. lutea. lutea. v. m. s. v. 12. d.  
lutea. 12. d. m. s. v. 12. d. m. s. v. 12. d.  
lutea. lutea. v. m. s. v. 12. d. m. s. v. 12. d.  
lutea. lutea.

lutea. lutea. lutea. lutea.

Jena, Diss., 1775-77

ULB Halle  
004 216 229

3



1078



**Farbkarte #13**



IVSTI CHRISTIANI LUDOVICI  
DE SCHELLWITZ D.  
1776, 1  
8

PROFESSORIS INSTITUTIONVM ORDINARIE IN ACADEMIA IENENSE  
CURIAE PROVINCIALIS SAXONICAE COMMVNIS AC SCAENO-  
RVM COLLEGII ADSESSORIS

COMMENTATIO IVRIS PVBLICI GERMANICI

D E  
**EXACTIONE PECVNIAE**  
P R O  
**VIIS PVBLICIS PONTIBVSQVE**  
**SOLVENDAE**  
VVLGO

WEGE - UND BRÜCKEN - GELD



FRANCOFVRTHI ET LIPSIAE

A. CIC 13 CCLXXVII.